

deant Prælato benè, vel male facienti, vt potè ab ipso astuppi, contradicere videatur, quòd Capitulum generale huic priuilegiu renunciare non potuerit, maxime quia istius priuilegij tam Religioni vilius, & necessari notitia non habebant, fatem totaliter, qua tamen est omnino necessaria, vt dixi num. præc. ed. sitq; etiam in favorem electorum, & commodum; quod enim per Superiorē conceditur, per inferiorē reuocari non potest, cap. Inferior, dist. 21. Clementina Ne Romani, de elect. Atque ita in causa simili id tenet Pafarellus in scholis ex lanuensi, num. 4, de valore priuilegii, Statutum ergo illud Romanum, vel dicendum est nihil valere per dicta, vel dicendum est, non intendit Patres illius Capituli (inter quos ego interfui taquam Commisus Genua) renunciare prædicto priuilegio, de qua forte, & sine forte, non omnes capitulares notiam habebant, sed intendisse obuiate fraudibus, quiebant quandoq; transierendo electiones etiam per sex menses, vique dum aliqui, quos prætentabant elegeret officia, quibus fungebantur, finirent. Et vere illud statutum factum est ab hoc obuiandum, unde potest intelligi hoc pacto, nimirum, quòd statim ac omnes electores conuenienter vel iuri potest renunciari, facta electio defuncti, vel depositi, &c. Quòd si conuenient ante terminum trium mensium ille terminus prorogari non possit, cum prorogatio nulla sit occasio, & si protoget electio ad Superiorē devoluatur, si post terminum trium mensium conuenient, statim fiat electio. Quo pacto intellectum statutum, validum est, & consonante huic priuilegio, quod conceditur ad communitatem eorum, qui de longinquō venire debent.

## S. IV.

**C**oncedit, quòd Provinciales statim electi administrationem habent, & licet item dicat de Correctoribus, cum tamē addat, quòd electi secundum statutum Ordinis administrationem habent, & Correctores secundum statuta Ordinis non statim electi, sed post Publicationem, & confirmationem in Capitulo definitorio administrarent, de Correctoribus non debet intelligi, quia hi secundum statuta Ordinis non habent statim electi administrationem. Nisi velim priuilegium intelligere de Correctoribus Romanis, nimirum SS. Trinitatis, S. Andreae, & S. Francisci de Paula, qui statim electi confirmationem habent administrationem. Et in vniuersitate potest intelligi de omnibus Correctoribus, qui sub sunt immediate p. Generali, nec subiacent definitorio aliquius Provincie.

## S. V.

**N**oto 1. quòd cap. 1. 2. & 3. de Magistris supponit, quòd nullus posuit alios docere theologiam, vel scripturam, & abiquè Ordinarij, seu studiorum Rectoris licentia. Quòd etiam decernit Trid. sif. de refo. m. cap. 1. Hic Pontifex concedit, vt in nostris Conuentibus possint Generales, & Provinciales Lectores instituti qui abiquè cuiuscumq; alterius licentia doceant suos discipulos in theologia facultate, quod etiam concedit Trid. loc. cit. & ruit declaratum a facia Congregatione, vt referat Naldus in sum. verbo Legere, nu. 6. Excepit tamen Pontifex duos caus. 1. est, si debeant legere in studijs generalibus, seu in publicis vniuersitatibus. 2. Si debeant legere in illis studijs, in quibus non legunt nisi Magistri solemniter gradu Doctotoribus infiniti, nam in istis casibus ultra licentiam Superioris, requirunt etiam licentia Ordinarij, seu studiorum Rectoris. Quod etiam infinitum Trid. loco cit. fine ibi, quod tamen de Lectoriis in claustris Monachorum non intelligatur, quasi dicat, Liceat Lectores regulares dum in claustris Regularium legunt, non debeant at Ordinariis examinati, & approbati, si tamen

extra claustra in studijs publicis exierint ad legendum, approbandi sunt.

16 Noto secundò quòd Trident. loco citat. statuit, ut in Ecclesijs Monachorum, ubi commode fieri queat, lectio avara scriptura habeatur; qua in re si. Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc ut Sedis Apostolice delegati eos ad id opportuniis remedij compellant. In Conuentibus vero aliorum Regularium, in quibus studia commode vigere possunt, avara scriptura lectio similiter habeatur; Que lectio in Capitulis generalibus, vel provincialibus affigetur dignioribus Magistris. Satis autem hunc decreto, si habeatur in Monasterio lectio theologie, scholasticae, vel moralis, quae confitibus audiendis deferuntur, ut ait Rodri. tom. 2. quæst. regulo. q. 30. art. 2. Qui etiam nota, quod sicut Episcopi possunt Abbates negligentes remedij opportuniis compellere, ita similiter possunt compellere ceteros Regulares.

17 Si queras, quæ sint ita remedia opportuna, quibus dicti compelli possunt ab Episcopis.

18 Rodri, quod remedium opportuinum est excommunicatio, cum enim Episcopi deputentur à Concilio tamquam Sedis Apostolice delegati, & Legati possint exercere omnia in sua Provincia, quæ potest ille, qui misit eos, præster specialiter referuntur, & certi sit, quod Pontifex, cuius delegati sunt Episcopi, in hoc casu potest Regulares excommunicare, certum etiam est, post Episcopos dictos Regulares ad obseruantiam huius statui excommunicatione compellere.

19 Et adhuc etiam, quod quando Episcopus procedit tamquam delegatus Sedis Apostolicae in causis, quæ sub eius iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, non potest ab eo appellari, nisi ad Sedium Apostolicam; at quando iurisdictione delegata cumulatur cum ordinaria, Episcopus non potest huiusmodi delegationis praetextu declarare iurisdictionem Metropolitani in casibus illis, in quibus ante Concilij ordinationem Metropolitanus poterat vici codem iure, eademq; potestate. Ita dicitur declaratio facram Congregationem. Et si vis icre, in quibus casibus possint Episcopi per Concilium Trid. procedere tamquam delegati Sedis Apostolicae, contule Azor. p. 2. init. mortal. cap. 54. per totum.

20 Noto 3. quod Paulus V. glorijs memorie in sua constit. quæ incipit, Apostolice, quæ est 65. apud Cherb. in co. tom. 3. bull. pag. 25. statuit, ut in cuiuscumque Ordinis, & Institutū Regularium, tam Mendicantium, quam non Mendicantium studijs omnibus, triun linguarum, Hebraicæ, scilicet Gracæ, & Latina, in celebrioribus vero etiam Arabicæ Doctiores, Regulares quidem eiusdem Ordinis, si in illo barum linguarum sufficientem notitiam habentes sint, seu minus seculares, aut alterius Ordinis regulares, qui illas actu, & diligenter doceant, habentur, &c. Omnibus Regularium Superioribus sub pena indagationis sue, & si ipsi negligentes fuerint, Proctoribus Ordinum iniungens, ut prouideant, quod talia studia inserviantur, &c. Et in promotione ad Doctoretatu, & alios sui Ordinis honores, illi, ceteris paribus, preferantur qui in cognitione dictarum triu linguarum proficerit, ita ut ad illas docendas apti sint. Congruit Clem. i. de Magistris. Quæ sancta continuatio miror, quo modo in Ordine nostro non fit executione mandata.

21 Noto 4. pro Doctotoribus, quod die 22. Maij anno 1625. in generali Congregatione sancte Romane, & vniuersitatis inquisitionis, habita in palatio Apostolico apud S. Petrum coram S.D.N. Vibiano VIII. ac Illust. Cardinalibus in vniuersitate Christiana Republica Inquisitoribus gene aliis à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis, factum est decretum tenoris sequentis.